plamiciem pulſarent· ob ſpem videlicet
inueniende pecunie· vnꝰ illorū poſt
altare veniens· pauimentū percuſſit·
Et audiens cauitate tumuli ſonitū
reddi· hic eſt inquit qd opido deſideratꝰ.
Accurrentes igitur pollinctores infeſti·
ceperūt fodere· Et cū ad loculū peruenīſſ
ent· extulerūt illū dicentes Quia iſti
reclusi calliditate naturali abundāt·
videamꝰ ne quippiam ſub hac archa occ
ulti remaneat· Huic ſacrilegio inſer
uientes· inuaſit eos horror imenſus·
Qui in fugam verſi· dum oſtium
oratorij ſinguli preoccupare niterent̃·
inſania agitati· euaginatis gladijs
inuicē ſe conciderūt· Rechonaldus vero
huiꝰ auctor ſceleris· timore cogente
volens exilire poſtiū· caput ſuperliminari
illiſit· et ad terram concidens alien
atqꝫ mente iacebat· Cūqꝫ a ſuis perduceret̃
ad propria· nimia infirmitate et nouis
doloribꝫ cepit vrgeri· Toto itaqꝫ ipius
anni circulo fortiſſimis maceratꝰ mo
leſtijs· capillorū honore et cutis ſuperficie
ſpoliatꝰ· etiā digitorū vngues amiſit·
Et ut omnibus longo tempore vlcionis
in eum diuinitus collate ſigna pat
erent· cunctis vite ſue diebus hac
deformitate notabilis fuit. Sequit̃·
2 Audiens conſtanciensis eccl(es)ie preſul
noīe boſo· ſepulchrū beatiſſimi
galli violatū eſſe ab hoſtibꝫ· nullumqꝫ
remanſiſſe in cellula preter duos fr̄es
magnoaldū et theodorū· q̄ ſacri corporis
reliquias tumulo reſtituere potuiſſet·
venit illuc cū clericis ſuis· Et inuenit
cellulā deſolatam· ſancti patris corpus
de ſepulchro eiectum· altaria nudata·
duoſqꝫ fr̄es qui remanſerāt ſpoliatos
iacentes in oratorio· et magnitudinē
calamitatis gemitibꝫ et lacrimis proteſt
antes· Et miſericordia motꝰ· cepit eos
conſolari multiplicibꝫ verbis· illā repli
cans pſalmiſte ſentenciā qua dicit In tri
bulacione inuocaui dn̄m· et exaudiuit
me in latitudine dn̄s Dn̄s michi adiutor
nō timebo quid faciat michi homo· Hijs
dictis ſumens loculū in quo ſcī corpꝰ
erat· poſuit ſup terrā inter pariete et
altare· et deſuper ut moris eſt archa ala
orem conſtruxit· foſſam vero terra
repleuit· De ſuo quoqꝫ fratribus

Boſo Epus, Gallū Canonizauit·
ſanctum in mō habuit

veſtimenta largitus eſt· et vnde ale=
rent̃ diſponēs· ad epiſcopiū remeauit.
3 Poſt multū vero tpis· miſit piping
maior domꝰ exercitū copioſū·
ad deuaſtandā alamānorū prouinciam·
et iterato francorū dicioni ſubiugandā·
Cumqꝫ tota terra hoſtili contereret̃
incurſu· audi predones arbonenſem
pagū percurrentes· ad cellam viri dei
venerūt· et quoſcūqꝫ ibidem inuenerūt.
nā multi illuc confugerāt ſperantes in dei
miſ(er)ic(or)dia et patrocinijs ſcī illiꝰ duxere
captiuos· Quinqꝫ aut ſupra memorati
principis ſatellites ingreſſi oratoriū.
repererūt ibi quaſdā ancillas eiuſdē loci
cū paruulis earū· et q̄ eſſet percontati
ſunt Que dū ſe de familia ipſiꝰ ſancti
eſſe proclamaret· hoc a predonibꝫ audi
erunt· Exite· egredimini· ſcīm qꝫ dicitꝫ
ignoramꝰ· Et abduxerūt eas captiuas
in francia· Eodem vero anno amalingnis ſpi
ritibꝫ arrepti et amentes effecti· nudi
circūquaqꝫ diſcurrebant· Et vbicūqꝫ vr
bes vel vicos ingreſſi ſūt cruciatus ſui
cauſas retexebant dicentes· Gallꝰ abba
nos habet ligatos· Et cū hac crimini miſera
cōmemoratione ſuorum vitam infe
liciter ducentes flebiliter finierūt.
2 Alio tempore diaconꝰ quidā noīe
ſtephanꝰ· dū in eiuſdē ſcī patris
eccl(es)ia cuſtodis fungeret̃ officio· quadā
veſpera incenſa oratorio inferēs cand
elam· poſuit ſup candelabrū iuxta bt̄i
viri ſepulchrū· Que a rectitudine ſtatꝰ
vergens in partem· ardens cecidit ſup
arcam ſepulchri· Cuiꝰ ardoris violēcia
vnā comprehendēs palla· vſqꝫ ad medi
etatē exuſſit· et ita reſtincta eſt· nichil
lecto· nichil baculo qui in eo pendebat·
vel alijs linteaminibꝫ ſup ſepulchrū
expanſis· inferens leſionis· Qua ex re
colligit̃ ad declaracionē virtutū beati
viri pocius quā ad dampnū rebꝫ eiꝰ inferen
dū idem euenisse incendiū· Quia ut
in ſequētibꝫ apparet· palla qua leuis
flama diminuit· virtus manifeſta
reſtituit· Mane itaqꝫ facto· fr̄es orato
riū ingreſſi· qd̄ factū fuiſſet perviderūt·
et admiracione nō minima ſūt perculſi·
Tercia vero die cū ad matutinale conue
niret officiū· inuenerunt in oratorio

Pipinus Caroli
pater Alemannīā vaſtat.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 12r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/12r)